Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Abdiam

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

ius. Per hoc intelligitur diversus status in ecclesia. Per civitatem status coniugatorum in quo requiritur consensus amborum. Unde et civitas dicitur civium concors. Per vineas vero status prelatorum et doctorum. Unde et Christus dixit apostolis Jo. xv: Ego sum vitis vos autem palmites. Per ortos vero status religiosorum qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status sunt instituti a Christo apostolorum et discipulorum quod et propter utilitatis seu fructus consequentes et consecuturo meriti merito premii et [illegible] in futuro. Quod nobis concedat qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat per infinita secula seculorum.

Explicit postilla magistri nicolai de lyra super amos prophetam.

Incipit abdias propheta capitulum primum

Incipit Abdias propheta. Capitulum primum.

Visio abdie. Secundum doctores hebreos et latinos iste abdias fuit dispensator domus achab regis israhel qui cum iezabel interficeret prophetas domini abscondit abdias quinquagenos et quinquagenos in speluncis et pavit eos Regum xviii. Et ideo meruit a deo spiritum prophetie. Quod dictum salvatoris Matthei x: Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. Scribit autem propheta contra ydumeos qui debuissent iudeos diligere eo quod ab eisdem fratribus descendissent et tamen econtrario odio habuerunt eos odio et eorum persecutoribus auxilium prebuerunt. Dividitur ergo prophetia in duas partes quia primo [illegible] mittitur ydumeorum vastatio, secundo iudeorum consolatio ibi: Et in monte. Prima in tres quia primo demonstratur eorum vastatio propter culpam superbie, secundo propter culpam supersticiose sapientie vel prudentie, tertio propter culpam fraterne iniurie ibi: propter interfectionem. Circa primum dicitur: Visio abdie.

suppletur hec que sequitur Auditum
audivimus a domino ego et alii prophete in-
spirati ab eo et legatum ad gentes
misit Iste legatus est instinctus
divinus excitans adversarios ydumeorum
ad devastandum eos propter peccata Et eo
subditur confederatos eorum ad hoc agen-
dum tunc dicitur Surgite et consurgamus
adversus eam in prelium Ecce parvulum dedi te Verbum
est domini loquentis de futuro per modum pre-
teriti propter certitudinem prophetie super y-
dumeam venture Superbia cordis
tui extulit te ultra modum confidens
hic habitantem in scissuris petrarum
id est in locis accessus difficilis in quibus
nimis confidis Qui dicis in corde
tuo quis detrahet me in terram id est de-
iciet me a mea magnitudine ac
si non timeas hominem nec deum Et eo
subditur responsio domini Si exalta-
tus fueris Et subditur omnium hostium
deceptio totalis tunc dicit Si fures
introissent ad te et patet littera
usque Et omnes viri federis tui In
quo ostendit quod talia passura sit
ydumea non solum ab inimicis suis
sed etiam ab aliis qui prius erant a-
mici sui et sibi federati quod est peius
gravamen Quoniam ad psalmum liiii Si
inimicus meus maledixisset mihi
sustinuissem utique etc. ¶ Non est
prudentia hic consequenter denunciatur
vastatio edom propter sapientiam super-
sticiosam Intendebant enim divina-
cionibus et auguriis Ideo dicitur
hic Non est prudentia in eo In-

tendentes enim talibus frequenter de-
cipiuntur Ideo subditur Numquid non in
die illa scilicet vastationis ydumee per-
dam sapientes de ydumea qui suis
superstitionibus denunciabant ei securi-
tatem quod dicit sit per effectum contrarium Et
timebunt fortes tui a meridie Ab
illa enim parte intravit exercitus ad-
versariorum ¶ Propter interfectionem
hic consequenter denunciat vastationem propter
inimicitiam fratris tunc dicit
propter interfectionem et propter iniquitatem
in fratrem tuum Iacob Esau enim per-
sequebatur fratrem suum ad mortem Genesis
xxvii propter benedictionem primam et eode-
modo ydumei a bello descendentes
persecuti sunt populum Israel a Iacob
descendentem propter quod nominatur hic
Iacob Operiet te confusio id est super-
veniet tibi ex omni parte et peribis
cum absque regni reparatione In die
cum stares adversus eum id est iudaicum populum
quando capiebant alieni exercitum eius
primo et postea caldei Et extranei
ingrediebantur portas civitatis ierusalem
et aliis civitatibus et super ierusalem
id est super possessionem ierusalem ut quilibet
portaret partem suam Tu quoque eras
quasi unus ex eis civitates destruendo
et bona rapiendo Et non despi-
cies in die fratris tui id est in die devasta-
tionis eius non despicies eum quia
est magis contemptibilis In die pe-
regrinationis eius id est captivationis ad
terram extraneam Et non letaberis
quia habebis occasionem maioris tris-
ticie Et non magnificabis os tuum

iactando te quod fueris in templi de
structione et combustione ex quo
contigit maxima iudeorum angustia
licet ydumei plures fuissent con
regnum iuda cum assiriis et caldeis ut
dictum est supra Tamen ante combustionem
ciuitatis et templi per nabuzardan
fuit captiuati ut dicunt expositores
aliqui et sic non fuit in illa Quod
subditur Neque ingredieris portam
populi et non emittes aduersus exercitum
eius id est ad persequendum sedechiam
fugientem cum ceteris bellatoribus
Neque stabis in exitibus scilicet ciuitatis
ad interficiendum fugientes et non con
cludes reliquos qui non potuerunt
fugere de ciuitate quia iuxta est id est ante
dictam destructionem urbis Quia dies domini
id est tempus sic condicte super omnes
gentes scilicet regni ydumee Sed quia
ysa. xxi ~~et ezech xxxv~~ et xx
xiiii et lxiii et ieremie xlix et
ezech xxxv videtur dicere textus quod
ydumei fuerint cum caldeis in de
structione urbis per caldeos et sic
abdiam fuit dictum et adom [illegible]
quod hic promittitur Et super ierusalem
mittebant sortem id est super pre
dam de urbe ut quisque partem suam
tolleret Tu quoque eras quasi unus ex
eis que diuisio prede maior fuit
in captione ciuitatis per caldeos Quod
aliter exponenda est hec littera ab illo
loco Et ne despicies in die fratris
tui id est in die vastationis eius facta
per caldeos Sic [illegible] xviii dicitur
Quia in ruina alterius letaris id est de

ruina alterius quod dicitur maius malum
eueniet tibi cito post ruinam urbis et
ita cessabis despicere populum iudaicum
et non letaberis super euentu eius
occasione tristicie maioris motus
enim maiores expellunt minores Et
non magnificabis os tuum Ultra
iactando quod fuisti in ciuitatis et
templi captione eadem causa Neque
ingredieris portam eius post ciui
tatis reedificationem per neemiam
Nec emittes aduersus exercitum eius
tunc sicut missus fuisti ante per
nabuchodonosor Nec stabis in
exitibus scilicet ierusalem ad inter
ficiendum fugientes de ea sicut fecisti
tempore obsidionis eius per caldeos
et non concludes reliquos rema
nentes in ciuitate sicut tunc fecisti
quia iuxta est id est prope quia cito
post destructionem urbis fuit capti
uati ydumei Quia dies domini id est tempus
sic condicte super omnes gentes
scilicet regni ydumee De quibus
loquitur propheta sicut fecisti perse
quendo nequiter filios iude ita
alii persequentur te Quomodo bibis
tis super montem sanctum id est laute con
uiuatis de bonis acceptis de templo
quod erat in monte moria Bibent
omnes gentes haurientes bona
tua quia absorbebunt te uenientes
super te in tanta potestate quod non po
teris resistere et erunt quasi non sint
id est tuis virtutis gentes tue quod dicitur
sequitur Sicut fecisti per sequendo

nequiter filios iude Et alij per
sequentur te Quomodo enim bibistis .i.
letanter fecistis super montem sanctum
meum .i. de malo vomere supra
montem qui est templum nomini meo
dedicatum Bibent omnes gentes
hauriendo bonacia et letando
de tua miseria et absorbebunt te te
totaliter deuorando Et erunt qui
non sunt .s. gentes tue Vnde et
aliud refertur ad illud quod supra dicitur
Dies domini super omnes gentes
Et in monte Hic post destruc-
tionem ydumeorum inciatur prophecia con
solacionis iudeorum Vnde dicunt alij
expositores nostri quod residuum huius pro
phecie intelligitur ad literam de redi-
tu captiuitatis babilonice sic Et
in monte syon erit saluacio quia
liberati de captiuitate illuc venerunt
vt patet primo esdre 2° et erit
sanctus quia ibi reedificatum fuit templum
in loco suo Et possidebit domus
iacob eos qui se possederant quod
maxime fuit impletum tempore macha-
beorum qui pugnantes contra suos
aduersarios sibi subiecerunt Et erit
domus iacob ignis etc Dicit hic
domus iacob illi de regno iude qui
redierunt de captiuitate Et domus
autem ioseph illi de regno israel
qui cadentes manus assiriorum
propterea venerunt ad hic tandem
in regno iude et cum illis de
regno iuda captiuati fuerunt cum
redeuntibus redierunt Et

domus esau stipula .i. ydumea ita
faciliter destruetur ab eis sicut sti-
pula ab igne Et hereditabunt hij
qui ad austrum sunt etc Quia tempore
machabeorum dilatauerunt terminos habita-
cionis sue Et transmigracio
huius exercitus .i. illi qui de regno iude
transmigrauerunt in babilone hereditabunt
loca scilicet omnia chananeorum .i. que fuerunt
a chananeis possessa antiquitus Filij israel
ingredientur terram illam usque ad sarepta
ciuitatem in qua mulier uidua pauit
heliam Et transmigracio ierusalem que est
in bosphoro nomine est loci in regno
babilonie secundum aliam exposicionem ad
quem aliqui fuerunt translati de ierusalem Et
ascendent saluatores .i. esdras et
neemias uel machabei Vt dicunt alij
Et erit domino regnum .i. colunt domino ista
sicut cum seruient a captiuitate liberati
In aliquibus autem libris additur in fine
amen Et non est in hebreo nec in libris
correctis Ista exposicio videtur habere
aliqua dubia Primo quia non habet planam
descripcionem quod termini iudeorum fuerunt ita
dilatati temporibus predictis et maxime
quia dicit hic Et possidebunt regio
nem samarie quia samaritani illuc
missi a rege assiriorum quarto regum
xvij habitauerunt regionem illam usque
ad tempora christi Vt patet iohannis iiij et in
pluribus locis alijs ewangelio Item
quod dicit Et erit domino regnum videtur
ex toto exponi quia in tempore regni
dauid quod dicitur regnum dei in scriptura
ad correlinus hebreorum et latinorum

dicitur reparanda per xpm Et hoc
enim manifeste dicta zacharie quod
quod dicit Ra. sa. et alij hebrei expo-
nunt partem istam totam de con-
solatione iudeorum per xpm sed male
desinunt quia dicunt futurum quod etiam ad
impleri Et adhuc potest pars ista
exponi de tempore xpi tunc dicitur Et
in monte syon erit saluacio quia
xpus saluator ibi quando plures predi-
cauit in templo et plures infirmos
curauit spiritualiter et corporaliter Et
erit sanctus quia quando missus fuit spiritus
sanctus in signo visibili in die pen-
thecostes Vt dicit Ieronimus ad pau-
linum in epistola Et possidebunt domus
iacob .i. apostoli alij qui primi crediderunt
sunt de domo iacob et ista possessio
non est per temporale dominium Sed quia po-
tentes huius mundi posuerunt colla sua
subiugo fidei Et erit domus iacob ig-
nis etc quia super eos apparuit
spiritus sanctus in specie ignis Actuum
2o Et domus esau .i. generaliter gen-
tiles ex hoc enim quod esau perseque-
batur iacob iam et descendentes ab
eo sicut ydumei persequebantur
filios israhel a iacob descenden-
tes · omnes qui contra apostolos persecuti
sunt huiusmodi erant gentiles
Vocati sunt nomine edom vt dicunt
hebrei Et ultimus deductus est hoc
nomine adamantes persecutores fidelium
et hoc idem dicit Ieronimus in primo
prologo huius capituli Et per hoc quod di-
cuntur hic stipula .i. apostoli ignis

intelligitur eorum conuersio facilis
ad fidem Et deuorabunt eos .i.
corpori xpi mistico incorporabunt
et hoc modo dicitur act x Sur-
ge petre occide et manduca de
conuersione cornelij et aliorum gen-
tilium cum eo existentium statim
facta Et non erunt reliquie
etc .i. non remanebit in eis
aliquid ydolatrie precedentis Sicut
qui xij dicitur Verte impios
et non erunt scilicet amplius impij
manebunt tamen ad pietatem conuer-
si Et hereditabunt etc Vt post
dixit xpus discipulis suis eritis
mihi testes in iherusalem et omni
iudea et samaria et usque ad ul-
timum terre Quia fidem xpi primo
predicauerunt in iherusalem et pos-
tea in aliis partibus terre quasi
submittentes colla gentium fidei
Et secundum hoc dicitur hic aliqui
hereditate terras diuersas ad quas
venerunt et exprimuntur specialiter a-
lique terre propinque iherusalem
et iudee ut mons esau terra
philistiim samaria et galaad
et sarepta et sodomorum et
per ista loca intelliguntur omnia
alia loca ad que dilatata est per
apostolos fides catholica Secundum
tamen quod translacio nostra
hic vs que ad sarepta In
hebreo hic usque ad sarphat
.i. usque ad in francia vt dicit
Ra. sa. et secundum hoc ex

ponatur quod dicitur hic Et trans-
migratio huius exercitus i. collectio-
nis fidelium in Iudea existentium
qui erant exercitus fortis contra
diabolum et persecutionem infide-
lium quorum aliqui transmigraverunt
ad diversa loca infidelium qui hic
Cananei nominantur procedentes usque
in Franciam scilicet sanctus Savinianus
qui fuit de septuaginta discipulis
domini et convertit ad fidem civi-
tatem Senonensem que fuit caput et
metropolis in tota Francia et
civitas aurea vocabitur Et propter
civitatis conversionem eam dominus de-
coravit faciens crucem in muro
civitatis cum pollice cui cedebat
lapis sicut cera mollis et adhuc
apparent in pluribus locis sicut
ego vidi qui hec scripsi Et socii
sui similiter in alias civitates Fran-
cie plures ad fidem converterunt
Et exercitus eorum hic In Sepharad
i. in Hyspania ut dicit Ra. Sa.
quod fuit impletum per Iacobum apostolum
et eius discipulos ibi fidem Christi
primitus predicantes et colla
gentium subiugantes Et sequitur subditur
possidebit civitates austri licet
enim Hyspania respectu nostri sit
in parte occidentali tamen re-
spectu Francie de qua fecit mentionem
immediate magis est ad austrum
Et ascendent salvatores i.
Petrus et Paulus qui dicuntur
salvatores participative eo quod
sunt precipui apostoli In mon-
tem Syon i. in ecclesiam que
mons Syon dicitur Ysaie ii et
Hebre. xii ut ibidem dictum est
Iudicare montem Esau i. Romam
ut dicit Ra. Sa. quia apparuerunt
Constantino et eum arguentes
de persecutione christianorum induxerunt
eum ad defensionem eorum per ro-
manum imperium Et erit domino regnum
quia Romam caput mundi dimisit
vicario Christi transferens sedem
imperii Constantinopolim Aliter
etiam potest exponi de tempore finalis
iudicii tunc dicit Et ascendent salvato-
res i. apostoli qui erunt iudicis as-
sessores ad perfectam salutem electorum
tunc habendam In monte Syon quia
circa aliud locum finale erit iudicium
ut dictum est supra Iohelis tertio
Iudicare montem Esau i. condempna-
re superbiam infidelium qui nomine Edom
vel Esau designantur ut dictum
est supra Et erit domino regnum quia
tunc omnia subicientur perfecte
domino nostro Ihesu Christo cui est ho-
nor et gloria in secula seculorum

Explicit postilla magistri Nicolai de
lyra super abdiam prophetam